ΓΑΛΗΝΟΥ

περὶ ὀστῶν τοῖς εἰσαγομένοις.

CLAVDII GALENI PERGAMENSIS

De Ossibus ad Tyrones Liber.

FERDINANDO BALAMIO interprete.

Cum Notis perpetuis

CASP. HOFMANNI MEDICINÆ DOCTORIS ET PROFESSORIS IN ACADEMIA NORICA.



FRANCOFVRTI AD MOENVM,

Typis Wechelianis, Sumptibus Clementis Schleichii, & Petri de Zetter.

ANNO M. DC. XXX.

Nobilissimo & Amplissimo Viro,

Dn. MELCHIORI GOLDASTO HEIMINSFELDIO, S. CÆSAREÆ MAIESTATIS,

& Serenissimi Electoris Treuirensis Consiliario,
&c. amico meo perveteri
S. P. D.

CASP. HOFMAN.

VRbanè Vlysses apud Euripidem, Sileno vinum venditurus, *Vin' tu*, inquit, *prius gustare, quid vini feram?* Cui ille, *Ita par est. Nam gustus emtorem vocat.* Tu verò, mi GOLDASTE, qui hactenus nouam GALENI editionem à me exspectasti, non minus fortassis quàm ille, cupis tibi exhiberi quasi γεῦμα quoddam futuri operis! Eccum libellum de OSSIBVS, quem ideò aliis præfero, quia & vtilissimus est initiandis arti nostræ, & verò in neutro codice Græco, VENETO, inquam, 1525. & BASILEENSI, 1538. est. Quæ res coëgit bonos viros vulgare illum seorsim, MARTINVM scilicet GREGORIVM Parisiis 1543. IOA. CAIVM Basileæ 1555. & SALOMONEM ALBERTVM Wittebergæ 1578. Hunc eundem commentariis illustrârunt IACOBVS SYLVIVS Parisiis 1561. GABRIEL FALLOPPIVS Venetiis 1570. & IOA.-PHIL. INGRASSIAS Panormi 1603. Vsus ego sum interpretamento FERD. BALAMII, quod hactenus in Iuntarum, aliorumque Latinis editionibus regnauit, non quod citra vllam reprehensionis aleam sit, quale meditantur homines quidam noui: sed vt vetustati haberem hunc honorem. Nimirùm, tam alienus sum à studio illo consarcinandi musteas versiones, vt nihil magis oderim. Quid enim? Annon Latina sunt, quibus vltra seculum vsi sumus Medici? Quid igitur quærimus? Quærimus, dicunt, meliora. Non nego ego inueniri posse: hoc miror vehementer,

quemquam esse, qui sibi persuaderi patiatur, *Omnia adesse* suis versionibus, *nec quidquam deesse, quod ab vllius mortalis ingenio & diligentia, ad tanti operis emolitionem, exspectari possit!* Cogitarent saltim logodædali isti se HOMINES esse, & caderet fortassis supercilium. Sed hâc de re alio tempore: iam enim hoc ago tantùm, vt Tibi, mi suauissime, aliisque cordatis specimen dem laboris, quem hucusque tuli in GALENI monimentis ornandis, expoliendisque. Hoc si calculo tuo probaueris, credam alios quoque bonos & sapientes (.Pholios enim non moror.) id facturos. Sin, causæ non est, cur totum hoc perpetuis tenebris obiiciatur. Benè, feliciterque vale, in fatalibus istis Germaniæ turbis, amicorum OPT. MAX. Ex Altorfinâ nostrâ VII. Cal. vIIbris, CIƆ. IƆ. CXXIX.

ΓΑΛΗ-

ΓΑΛΗΝΟΥ

Περὶ ὀστῶν τοῖς εἰσαγομένοις.

A

Προοίμιον.

Τῶν ὀστῶν ἕκαστον, οἷόν τί ἐστιν αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτό, καὶ ὡς ἔχει τῆς πρὸς ἄλληλα συντάξεως, ἐπίστασθαί φημι χρῆναι τὸν ἰατρόν, εἴπερ γε ὀρθῶς
B μέλλει τά τε κατάγματα αὐτῶν, καὶ τὰ ἐξαρθρήματα ἰᾶσθαι. δῆλον γὰρ δή, ὡς ἐν ἅπασι τοῖς ἐν ἰατρικῇ a σκοπὸν ἔχειν δεῖ τὸ κατὰ φύσιν. ὅστις δὲ τοῦτο ἀγνοεῖ, οὔτε ὅπη τὰ πεπονθότα τῆς φύσεως ἐξίσταται, οὔτε ὡς χρὴ αὐτὰ ἐπανάγειν εἰς τὸ κατὰ φύσιν, εἴσεται. ὥστε οὐδὲ γνωρίζειν τὰς νόσους, οὐδ᾽ ἰᾶσθαι ὀρθῶς δυ-
C νήσεται. ἔστι μὲν δὴ τὰ ὀστᾶ σκληρότατά τε καὶ ξηρότατα τοῦ ζώου μόρια, καὶ (.ὡς ἂν εἴποι τις.) γεωδέστατα· ὑποβέβληται δέ, καὶ οἷον ὑπερήρεισται τῇ λοιπῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ, καθάπερ τινὰ θεμέλια. πάντα γὰρ ἐπὶ τοῖς ὀστοῖς πέφυκέ τε καὶ ἐστήρικται. εἰσὶ δ᾽ ἐν αὐτοῖς, τὰ μὲν μεγάλα, κοιλίας μεγάλας ἔχοντα, μυελοῦ πλήρη· τὰ δὲ σμικρά τε καὶ στε-
D ρεά ἐστι, καὶ ἀμύελα, καὶ οὐδεμίαν αἰσθητὴν ἔχει κοιλότητα. τῶν δὲ μεγάλων τοῖς πλείστοις ἐπιφύσεις εἰσὶ b κατὰ τὸ πέρας ἑτέρων ὀστῶν,]οἷ[, βραχίονι μὲν ἄνω πήχει δὲ κάτω κερκίδι δέ, καὶ μηρῷ, καὶ κνήμῃ, καὶ περόνῃ κατ᾽ ἄμφω. γένυς δ᾽ ἡ κάτω, μυελὸν μὲν ἔχει· ἐπίφυσιν δ᾽ οὐκ ἔχει. ἀλλὰ τῶν περάτων
E αὐτῆς, τὸ μὲν κάτω κατὰ σύμφυσιν ἥνωται· τὸ δ᾽ ἄνω δύο ἀποφύσεις ἔχει, τὴν μὲν κορώνην· c τὴν δὲ αὐχένα μόνον. διαφέρει γὰρ ἀπόφυσις ἐπιφύσεως, ὅτι, ἡ μὲν ἐπίφυσις ἑτέρου πρὸς ἕτερόν ἐστιν ἕνωσις· ἡ δὲ ἀπόφυσίς ἐστι τοῦ συμπάντος ὀστοῦ μέρος. χρὴ δὲ ἴσως καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὀνομάτων, οἷς χρησόμεθα κατὰ τὸν λόγον, ἤδη διελθεῖν, ὅπως μὴ μεταξὺ

GALENI

DE OSSIBVS AD TYRONES.

Ferdinando Balamio Interprete.

Proœmium.

EX ossibus singula per se, qualia sint, tùm, quam inuicem structurã habeant, nota (vt arbitror.) Medico esse debẽt, si rectè ea, cum vel franguntur, vel sua sede dimouentur, curaturus est. Etenim in omnibus, quæ ad Medicinam pertinent, perspicuum est, id, quod secundùm naturã est, tanquam scopum habendum esse: cui verò id ignotũ est, minimè intelliget, neq; vbi à suâ naturâ læsa loca distrahuntur, neque quâ ratione ad id, quod secundũ naturam est, reduci debeant. Quare, nec morborum notitiam assequi, nec rectam illorum curationẽ poterit. Sunt autem ossa ex animalis partibus durissima & aridissima, maximeque terrestria. Hæc tanquam fundamẽta quædam, ad vniuersam corporis substantiam sustentandam, subiiciuntur, iisq; omnia adnascuntur, stabiliunturque. Ex ossibus quædam grandia, & ampliter concaua sunt, ac medullosa: quædam parua, ac solida, & sine medullâ, nec caui quidquam (quod sensu dignosci queat) in se habent. Grandibus magnâ ex parte in extremo aliorũ ossium appendices adnascuntur, vtpote humero superius, cubito inferiùs, radio verò ac femori, itẽque tibiæ, ac suræ infrà, supràque. Maxilla inferior medullosa est, & adnascẽtis appendicis expers: sed ex eius extremis partibus, quæ infrà est, per σύμφυσιν (quasi coalitum dicas) vnitur: suprà, in duos processus, in coronen videl. (quæ in acutum tendit) ac ceruicem tantùm definit. Ἀπόφυσις enim (quasi processus) ab ἐπιφύσει (hoc est, ab adnatâ appendice) differt. ἐπίφυσις enim est, vbi os cum osse ad vnionem coit: ἀπόφυσις est totius ossis pars. Fortasis aurem oportet de aliis etiam, quibus in hoc opere vsuri sumus, nominibus differere, nc, dum hæc enarramus, vel obscuriora reddantur, nominibus nobis sine

declaratione vtentibus, vel series continuata doctrinæ interrumpatur, quicquid occurrerit explicare semper volentibus. Sed, meo iudicio, hinc quam optimè initium sumendum est. Humani corporis ossium inuicem cohærentium vniuersa cōiunctio Σκελετὸς appellatur. Iamque nonnulli, qui de ossibus disseruerunt, libros suos ad hunc modum inscripserunt, Περὶ σκελετοῦ. Modus autem, quo ossa componuntur, genere duplex est. Alia enim per articulum, alia per Σύμφυσιν coniunguntur. Hæc vtraque, species differentiasque plures habent. Articulus enim naturalis ossium compositio est. Ossium verò naturalis vnio σύμφυσις appellatur. Vtriusque autem definitioni dictio hæc *naturalis* indita est, quandoquidem quæ parum, vel omninò sunt luxata, inter se cohærent, fractaque superinducto callo vniuntur: sed non per naturam. Ab Hippocrate alterius ex cohærentibus ossibus extrema pars, articulus frequēter nuncupatur, ea scilicet, quæ orbiculata est, ac in proximum cauum inseritur. Articuli autem differentiæ duæ sunt, Diarthrosis videlicet (quæ dearticulatio) ac Synarthrosis (quæ coarticulatio dici potest: eæque inuicem pro motus quantitate discrimen recipiunt. Dicitur enim Diarthrosis ossium structura, quorum motus euidens est. Synarthrosis, ossium quoque compositio est, quæ neque validum, neque manifestum, sed obscurum difficilemque habent motum. Quod autem nullum discrimen sit, siue ossium structuram, siue compositionem, siue cohærentiam dixeris, perspicuum est. Diarthroseos triplex est species, Enarthrosis videlicet, Arthrodia, ac Ginglymos. Sic enim à recentioribus Medicis appellantur: priscis autem non fuêre admodum consueta. Verùm τὸ ἐνηρθρῶσθαι, καὶ τὸ ἀρθρωδῶς καὶ τὸ γιγγλυμοειδῶς ἀλλήλοις συμβάλλειν: præter etiam has voces, arthrodes, ac ginglymoides in illorum scriptis deprehendimus. Quamobrē minimè forsitan absurdū fuerit, si ad euidētionē doctriā

A τῆς διηγήσεως χρωμένων αὐτοῖς, ἢ ἀσαφὲς γένηται τὸ λεγόμενον, ἢ τὸ συνεχὲς τῆς διδασκαλίας διακόπτηται, τὸ παρεμπίπτον ἀεὶ σαφηνίζειν προαιρουμένων ἡμῶν. ἄριστον δέ μοι δοκεῖ, ἐντεῦθεν πόθεν ἄρξασθαι. τὴν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὀστῶν ἁπάντων συνημμένων ἀλλήλοις, ἡ μὲν ὅλη σύνταξις ὀνομάζεται B σκελετός. ὥστε τινὲς ἤδη καὶ τὰς βίβλους αὐτῶν, ἐν αἷς περὶ ὀστῶν διελέχθησαν, οὕτως ἐπέγραψαν, περὶ σκελετοῦ. Ἔστι δὲ ὁ τρόπος τῆς συνθέσεως αὐτῶν διττὸς κατὰ γένος, ὁ μὲν ἕτερος κατ' ἄρθρον· ὁ δὲ ἕτερος κατὰ σύμφυσιν. εἴδη δὲ ἑκατέρας καὶ διαφοραὶ πλείους εἰσί: τὸ μὲν οὖν d ἐστὶ σύνταξις ὀστῶν φυσική· ἡ δὲ σύμφυσις ἕνωσις. ὀστῶν φυσική. πρόσκειται) C δὲ ἑκατέρῳ τῶν ὅρων τὸ ΦΥΣΙΚΗ, ὅτι καὶ τὰ παραρθρήσαντα, ἢ ἐξαρθρήσαντα,] παράκειται μὲν ἀλλήλοις· ἀλλ' οὐ φύσει. καὶ, ὅσα κατεαγέντα συνέφυσε f πώρῳ, ἥνωται μὲν· ἀλλ' οὐ φύσει. ἱπποκράτης δὲ καὶ θατέρου τῶν συνταττομένων ὀστῶν τὸ πέρας ἄρθρον ὀνομάζει πολλάκις, οὐ μὴν ὁπότερόν D γε ἔτυχεν· ἀλλὰ τὸ περιφερές τε, καὶ τῇ κοιλότητι τοῦ πλησιάζοντος ἐμβεβηκός. Διαφοραὶ δὲ τοῦ μὲν ἄρθρου δύο εἰσὶ, g διάρθρωσις τε καὶ συνάρθρωσις.] ἀλλήλων δὲ διαλλάττουσι τῷ τῆς κινήσεως gg ποσῷ.] ἡ μὲν γὰρ διάρθρωσις ὀστῶν ἐστὶ σύνταξις, ἐναργῆ τὴν πρὸς ἄλληλα κίνησιν ἐχόντων· E ἡ δὲ συνάρθρωσις, ὀστῶν μὲν καὶ αὐτὴ σύνθεσίς ἐστιν, οὐ μὴν ἐναργῆ τε τὴν κίνησιν, οὐδὲ μεγάλην, ἀλλ' ἀμυδρόν τε καὶ h δυσφωρατον] ἐχόντων. ὅτι δὲ οὐδὲν διαφέρει, σύνταξιν ὀστῶν, ἢ σύνθεσιν, ἢ ὁμιλίαν εἰπεῖν, ἄντικρυς δῆλον. εἴδη δὲ ἐστὶ τῆς μὲν διαρθρώσεως hh τρία. καλεῖται δὲ ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, τὸ μὲν i ἐνάρθρωσις· τὸ δὲ ἀρθρωF δία· τὸ δὲ γίγγλυμος.] ταῦτα μὲν οὖν τὰ εἰρημένα ὀνόματα τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς οὐ πάνυ τι συνήθη· τὸ δὲ ἐνηρθρῶσθαι, καὶ τὸ ἀρθρωδῶς, καὶ τὸ γιγγλυμοειδῶς συμβάλλειν, ἔτι τε πρὸς τούτοις καὶ τὸ ἀρθρῶδες, καὶ τὸ γιγγλυμοειδὲς εὑρεῖν ἐστι καὶ παρ' ἐκείνοις γεγραμμένα. Καὶ οὐδὲν ἴσως ἄτοπον ὀνοματοποιεῖν,

ὀνοματοποιεῖν, ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας, A ἀπὸ τῶν ἤδη κειμένων παράγοντας. Ἐνάρθρωσις μὲν οὖν ἐστίν, ὅταν ἡ ὑποδεχομένη κοιλότης βάθος ἱκανὸν ἔχῃ, καὶ ἡ ἐγκαταβαίνουσα κεφαλὴ k προμήκης] ὑπάρχῃ. ἀρθρωδία δέ ἐστιν, ὅταν ἥ τε κοιλότης ἐπιπόλαιος ᾖ, καὶ ἡ κεφαλὴ ταπεινή. καλῶ δὲ προμήκη καὶ ταπεινὴν κεφαλήν, ἐπὶ τοὺς αὐχένας ἀναφέρων ἑκατέραν, ἐφ' οἷς πεφύκασιν. B οἱ δ' αὐχένες ἀποφύσεις εἰσὶ τῶν ὀστῶν ἰσχναί. τελευτῶσι δ' εἰς παχύτερόν τε καὶ περιφερὲς πέρας, ὃ δὴ καλεῖται κεφαλή· ὅταν δὲ εἰς ὀξὺ τελευτήσῃ πέρας ἡ ἀπόφυσις, οὐκέτι αὐχήν, ἀλλὰ κορώνη καλεῖται. διαφέρει δὲ οὐδὲν οὐδ' εἰ κορωνὸν εἴποις. Καὶ τῶν ὑποδεχομένων δὲ τὰς κεφαλὰς κοιλοτήτων, ἡ μὲν βαθυτέρα, κοτύλη καλεῖται (καὶ σύνηθες ἅπασι τοῖς ἰατροῖς τοὔνομα) m ἡ δὲ ἐπιπολῆς ὑπ' ἐνίων ὠνόμασται γλήνη.] C n τὸ δὲ τρίτον εἶδος τῆς διαρθρώσεως, ὃ δὴ γίγγλυμον ἔφαμεν ὀνομάζεσθαι, συμπλεκομένων ἀλλήλοις ὀστῶν ἀντεμβαινόντων γίνεται, o καθάπερ ἐπὶ τῶν σπονδύλων ἔχει, καὶ τῆς τοῦ πήχεος πρὸς τὸν βραχίονα διαρθρώσεως.] Διαφορά τις ἐστὶ καὶ ἐν τούτοις, p ἐπὶ μὲν τῶν σπονδύλων τοῦ μέσου τὴν ἀντέμβασιν ἑκατέρῳ τῶν πέριξ· D ἐπὶ δὲ βραχίονός τε καὶ πήχεως εἰς ἀλλήλους ποιουμένων. q τῆς δὲ συναρθρώσεως καὶ αὐτῆς] ἐστὶν ἴδια τρία, ῥαφή, καὶ γόμφωσις, καὶ ἁρμονία. ῥαφὴ μὲν ἡ ὁμοία τοῖς ἐρραμμένοις συνθέσις, ὡς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ὀστῶν ἔχει. σαφηνίζειν δὲ αὐτὴν βουληθέντες, οἱ μὲν πριονοειδῆ E σύνταξιν ἀφορίζονται· οἱ δὲ εἰς ὄνυχα σύμπηξιν, δηλοῦντες (οἶμαι) καὶ ἀναμιμνήσκοντες ἡμᾶς, οἱ μὲν τῆς τῶν πριόνων εἰς ἀλλήλους ἀντεμβάσεως, ὅταν ἐκ θατέρου κυρτότητες εἰς τὰς τοῦ πλησιάζοντος ἀντεμβαίνωσι κοιλότητας. r οἱ δὲ τῆς τῶν λεγομένων εἰς ὄνυχα συμπήγνυσθαι. γίνεται δὲ αὕτη τῶν κυρτοτήτων ὄνυχι τὸ σχῆμα παραπλη- F σίων, εἰς ἐπιτηδείους ὑποδέξασθαι κοιλότητας ἐμβαινουσῶν. ἡ δ' ἁρμονία συνάρθρωσίς ἐστι κατὰ γραμμὴν ἁπλῆν. s ἔχει δ' οὕτω πρὸς ἄλληλα καὶ τῶν τῆς ἄνω γένυος ὀστῶν ἔνια, καὶ τῶν τῆς κεφαλῆς πρὸς ταῦτα.] ἡ δὲ γόμφωσις συνάρθρωσίς ἐστι καθ' ἔμπηξιν,

nomina confingamus, ea ipsa videlicet ab iis, quæ iam posita sunt, deriuantes. Est ergò Enarthrosis, cum excipiens cauum, altum admodùm est, caputque, quod in id inseritur, oblongum. Arthrodia verò, quæ cauum leuiter, & in superficie, & caput etiam depressum habet. Oblongum autem, & depressum caput voco, vtrumque ad ceruices, quibus adnascitur, referens. Ceruices, tenues ossium sunt processus. Earum extremum, quod crassius, & orbiculatum est, Caput nominatur. Cum verò in mucronem processus definit, non ceruix, sed corωne seu corωnon nuncupatur. Ex cauis, capita excipientibus, quod altiùs descendit, cotyle, hoc est, acetabulum. Id enim nomen Medici omnes vsurpare sunt soliti. Quod in superficie situm est, ab ocularis sinûs similitudine Glene à nonnullis appellatur. Tertia Diarthroseos species, quam Ginglymon vocant, ea est, quâ ossa sese inuicem ingredientia coniunguntur, quemadmodum vertebræ inter se, ac humerus, cubitusque alligantur. Quanquam in his quædam est differentia. Nam in vertebris media in vtranque, suprà, infráque apposita subit: humeri verò ac cubiti mutuus ingressus est. Synarthroseos quoque triplex est species, Sutura, Gomphosis, atque Harmonia. Sutura compositio quædam est ad consutarum rerum (vt in capitis ossibus habetur) similitudinem. Hanc nonnulli dum explicare student, serratam compagem, structuramque, alii in vnguem commissuram esse definiunt. Sed illi nobis, vt puto, patefaciunt, atque in memoriam reuocant, cum serræ inter se contrario occursu congrediuntur, vbi scilicet dentatæ alterius partes in alterius sinus inseruntur. Hi verò, quæ in vnguem committi dicuntur, cùm gibbæ videlicet partes, ad vnguium figuram structæ, in sinus, quibus aptè excipi possunt, subeunt. Harmonia verò ossium structura est per simplicem lineam. Sunt autem nonnulla maxillæ superioris, & quædam etiam capitis ossa ad hunc modum inter se iuncta. Gomphosis est, cum ad instar claui os ossi infigitur: verùm id iam quoquo modo ambi-

A ambigitur, propéque ad Symphysin accedit, ita, vt cum quidpiam penitùs infixum est, ne tantillùm quidem, veluti dentes, dimoueatur. Quod autem dentes haudquaquam suis alueolis adnascantur, planè indicant, cum vel eruuntur, vel suâ sponte decidunt. Sed, quoniam species, differentiasque omnium, quæ ad articulum pertinent, declarauimus, B de Symphysi deinceps dicendum est. Hæc autem primò dupliciter differt. Namque alia inter se inuicem ossa: alia aliorum interuentu connascuntur. Quæ fungosiora, molliora que sunt, mutuò inter se: ficciora verò, densioraque aliorum interuentu coalescunt. Huius autem coalitûs, qui aliorum interuentu fit, tres sunt differentiæ, quæ priscis nominibus carent; C at qui recentioribus vti solet, Symphysin, quæ cartilaginis interuẽtu fit, Synchondrosin: quæ nerui, Synneurosin: quæ carnis, Syssarcosin appellare poterit. Cum verò nominis neruorum mentio à nobis facta sit, iure quidem fiet, si de his quoque distinctè agemus. Tria itaque esse neruorum genera dixerunt, eaque nihil impedit, vel species, vel differentias nominare. Ac eos quidem, qui D ex cerebro, dorsique medullâ oriuntur, voluntarios: qui ex ossibus, ligamentales: qui tertio loco ab his differũnt, atque ex musculis originem ducunt, tendines vocant. Ne verò æquiuoca nomina obscuritatis aliquid afferant, Qui ex cerebro, itemque ex dorsi medullâ ortum ducunt, voluntarii nerui: qui ex musculis, tendines: qui ex ossibus, ligamenta à nobis appellentur. E His itaque explicatis nominibus, iam tempus exigit, vt de singulis per se ossibus verba faciamus, à cranio scilicet, id est, caluariâ (sic enim os capitis vocant) incipientes.

t ἐπαμφοτερίζει δὲ πως ἤδη τοῦτο, καὶ πλησίον ἐστὶ τῆς συμφύσεως.] ὥσθ᾽ ὅταν ἀκριβῶς ἐγγομφωθῇ τι, μηδὲ βραχυτάτην αὐτῷ κίνησιν ἀπολείπεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἔχει. ἀλλ᾽ ὅτι γε οὐ συμπεφύκασιν οὗτοι τοῖς φατνίοις, οἱ ἐξαιρούμενοί τε καὶ αὐτομάτως ἐκπίπτοντες δηλοῦσιν. ἐπεὶ δὲ περί τε τῶν διαφορῶν, καὶ τῶν εἰδῶν ἁπάντων τῶν κατὰ τὸ ἄρθρον εἴπομεν, ἐφεξῆς ἂν εἴη καιρὸς περὶ τῆς συμφύσεως εἰπεῖν. εἰσὶ δὲ καὶ ταύτης δύο αἱ πρῶται διαφοραί. τὰ μὲν γὰρ ἀλλήλοις· τὰ δὲ δι᾽ ἄλλων συμφύεται. ἀλλήλοις μὲν, τὰ u χαυνότερά τε καὶ μαλακώτερα· δι᾽ ἄλλων δὲ τὰ ξηρότερα καὶ πυκνότερα. ταύτης δὲ αὐτῆς τῆς δι᾽ ἄλλων συμφύσεως τρεῖς εἰσιν αἱ πᾶσαι διαφοραί. ὀνόματα δὲ αὐτῶν οὐκ ἔστι παλαιά. τῷ μέν τοι βουλομένῳ τοῖς νεωτέρων χρήσασθαι, καλεῖν ἔξεστι, συγχόνδρωσιν μὲν τὴν διὰ χόνδρου σύμφυσιν· συννεύρωσιν δὲ τὴν διὰ νεύρου· συσσάρκωσιν δὲ τὴν διὰ σαρκός. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦ τῶν νεύρων ὀνόματος ἐμνημονεύσαμεν, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ περὶ τούτων διορίζεσθαι. τρία τοίνυν εἶναι τῶν νεύρων ἔφασαν γένη. κωλύει δὲ οὐδὲν, ἢ διαφορὰς, ἢ εἴδη προσαγορεύειν αὐτά. καλοῦσι δὲ, τὰ μὲν τινὰ προαιρετικὰ, τὰ ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου πεφυκότα· τὰ δὲ τινὰ συνδετικά. τούτων δὲ ἡ γένεσις ἐκ τῶν ὀστῶν. ἡ τρίτη δὲ αὐτῶν διαφορὰ, καλεῖται μὲν τένων· ἐκφύεται δὲ ἐκ μυός. ἵνα δὲ οὖν μηδ᾽ ἐνταῦθα τις ἀσάφεια γίνηται διὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ὅσα μὲν ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου φύεται, νεῦρα ταῦτα προσαγορεύομεν προαιρετικά· ὅσα δὲ ἐκ μυῶν τένοντας· ὅσα δὲ ἐξ ὀστῶν συνδέσμους. x ἐπὶ ταύτῃ τῇ τῶν ὀνομάτων συνθήκῃ,] καιρὸς ἂν εἴη λέγειν ἤδη περὶ τῶν ὀστῶν ἰδίᾳ ἕκαστον, ἀρξαμένους ἀπὸ τοῦ κρανίου. καλοῦσι γὰρ οὕτω τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν.

a. ἔργοις, aut tale quid subaudire heic oportet. *b.* Miror valdè, quibusdam hæc placere! Displicent verò Syluio, qui delet illa, ἑτέρων ὀστῶν. Ego consentio quidem in deletionem τοῦ ὀστῶν: seruo autem alterum, sed muto in ἕτερον. Quid si θάτερον? Quid si θάτερον, ἢ ἀμφότερον? Seq. enim volunt. *c.* Post κορώνην Balamius noster, aut ampliùs habuit, aut ex inferioribus addidit, εἰς ὀξὺ τελευτῶσαν. Hæc in Græcis non esse, rectè monuit,

monuit Fallopp. Com. in hunc lib. c. 11. Omisêre etiam in suis tralationibus Syluius iuxtà & Ingrassias. Quod vt libenter accepto: ita non video, quid dici debeat de iis, quæ mox sequuntur! Incurrit enim vtrumque hoc assertum in expressa Gal. verba 2. Vs. part. 14. vbi ait, τὰς κορώνας esse περιφερεῖς. Syluius in Com. quasi nihil intersit, iungit κορώνας capitis, quæ rotundæ sunt, cum corωnis summi cubiti & maxillæ inferioris. Vesalius in Epist. de rad. Chinâ ait, Gal. intuitum esse corωnas capitis in cane & simiâ, in quibus acutæ sunt. At quid fit de expressis illis verbis? Mihi olim visum fuit l. de Similarib. c. 17. excusandum esse vtrumque locum tali oratione, *Veteres non fuisse concordes in his vocibus. Nihil igitur admirandi, si Gal. modo loquatur cum his, modo cum illis.* *d.* ἄρθρον heic fuisse inserendum, res ipsa iubet. *e.* Ad opera artis accommodatiùs dixissent Intt. *Quod quæ vel subluxata sunt tantùm, vel omninò luxata.* *f.* διὰ heic addendum esse miror ne Caium quidem vidisse! *g.* Valdè quàm velim cum Syluio retineri vbique voces Græcas! Quod si obtineri non potest, hoc alterum velim: Constituatur aliquid certi, ne legentis animus horsum, illorsumve rapiatur. Sit διάρθρωσις, vt heic, *Dearticulatio.* συνάρθρωσις, *Coarticulatio.* De verbis διαρθροῦσθαι, συναρθροῦσθαι eadem esto ratio. gg. Riolanus, Com. in h. l. vult παῶ. Hoc pertinet ad seq. *h.* *Difficilem*, rectè verti quis credat? *captu difficilem*, alii dicunt, & rectiùs. Est enim *is*, *qui difficulter in sensus incurrit*. Huc illi tendunt, qui δυσόρατον (quod procul dubio marginarium est) legere mallent. Cæterùm, quia Gal. videtur heic pugnantia scribere, Syluius quidem διάρθρωσιν aliquando generatim ait accipi pro omni ossium compositione, ad motum voluntarium comparata: Ingrassias autem Com. 11. addit, ἢ μηδεμίαν, *Aut nullum*. Scilicet, vt sub συνάρθρωσιν cogat etiam tres illas species, quæ sunt sine motu, ἀρθρωδίαν, ἐνάρθρωσιν, καὶ γίγγλυμον. hh. Ingrass. heic additum vellet, καὶ συναρθρώσεως. Sed cur postcà eius species seorsim explicat Galenus? *i.* Harum trium specierum appellationes necessariò retinentur ab Intt. Videsis Ingrass. Com. 12. *k.* Rectè versum est, *Oblongum*. Qui autem *Prælongum* volunt, insigniter falluntur. Qui *Prominens*, in tenebris latere volunt. *l.* ὀξὺ πέρας vno verbo *Mucro* dici non potest, licet & Ingrass. crediderit. Rectè Syluius, è quo fortassis Riceus & Falloppius, *In acutum finem*. Cæterùm, dissimulare non debeo, siquidem αἱ κορῶναι sint ὀξεῖς, dictas videri à comicis rostro: sin περιφερεῖς, à coronis (Latino vocabulo) dici esse posse, vt censet Ill. Casaubonus in Athenæum. *m.* Ineptè hoc circumscribit Noster. Tu dic cum Syluio & Ingrassia, *Superficiale*, aut *Superficiarium*. *n.* Inanem τοῦ γλήνη explicationem meritò elidunt duo illi. Cui enim bono illæ Intt. nugæ, vt rectè Ingrass. heic? *o* commodissimè ista Syluius, *Vt in spondylis se habet, & diarthrosi cubiti cum brachio.* Quo loci illud quoque admoneo, *Humerum* quidem Latinissimè dici: me autem cum Anatomicis plerisque *Brachium* velle. *p.* Ingrass. heic Balamium, & consequenter Syluium quoque accusat. Ita autem ille, *Nam in vertebris media mutuum ingressum cum vtrâque circumstante faciunt.* Idem Riolanus vult Com. in h. l. *q.* Verba hæc fomentum præbent magnæ difficultati. Ingrass. Com. 12. & 17. defungi se posse putat molestiâ, si legat, καὶ αὐτὰ, καὶ ἄλλα. Atque huic manus dedisse videtur D. Fabricius ab Aquapendente, Doctor olim meus, nunquam sine honoris præfatione laudandus, in tract. de Ossibus. Correctio nititur, partim ratione illâ, quæ ex 6. Aph. 43. affertur, partim loco illo 2. Artic. 8. vbi ait, συνάρθρωσιν esse τῶν ὀστῶν, ποτὲ μὲν ἀμυδρὰν ἐχόντων τὴν κίνησιν. ἔστιν ὅτε οὐδ᾽ ὅλως φαινομένην. Miror autem tam è longinquo peti medicinam, cum è propinquo possit! Non tantùm enim τὸ δυσφώρατον idem nobis indicat: sed & infrà c. 13. tàm claris verbis dicitur idipsum, vt clarioribus non possit. Res cum sit implicatior, quàm vt heic expediri possit, remitto lectorem meum ad d. libr. de Similarib. vbi doceo, *Nihil heic nouandum esse.* *r.* Alterutrum heic est committendum, aut delendum τῆς, aut scrib. τῆς εἰς ὄνυχα συμπτύξεως. *s.* Non leuiter hæc obscurauit Noster: Syluius & Costæus hanc illis lucem afferunt, *Ad quem modum quædam maxillæ superioris ossa inter se iunguntur, quædam etiam capitis inter se.* Vt leg. videatur extremò, πρὸς ἑαυτά. Atque huc planè tendit Ingrass. quoque. *t.* Et hæc obscura sunt apud Intt. Vertam, *Habet autem Gomphosis medium quid, & ad symphysin inclinat.* *u.* *Laxiora*, cor.

vult. In seq. *Molliora* est à Reu. x. Hæc significantiora sunt, quam creditum fuit. Vertò, *Hâc lege nominum dictâ*. Ita Ingrass. *Post hanc nominum institutionem.*

De capitis ossibus, suturisque. A
CAP. I.

QVod os capitis Caluaria appelletur, quodque in eâ suturæ quædam sint, anteà diximus. Sed quot, qualesque, & quæ cuique sit forma, cum non anteà exposuerimus, nunc explicabimus. Primumque pro capitis figurâ suturarum numerum posituramque variari. B Naturalis enim capitis figura, ad oblongæ sphæræ potissimùm similitudinem structa est. Alia verò eius, quod φοξὸν vocant, deprauata est, & acuminato vertice. Quod secundùm naturam habetur, priorem ac posteriorem partem prominentiorem habet, in eoque tres suturæ sunt, ac duæ quidem C transuersæ, quarum altera in occipitio est: in sincipite altera: tertia à medio posterioris, per capitis longitudinem, ad mediam vsque anteriorem extenditur. Anteriorem Coronalem vocant, quandoquidem coronæ in eâ potissimùm capitis parte collocantur: posteriorem Lambdoidem nominant, propterea, quòd tota ipsius figura Λ. literæ assimilatur. D Harum trium suturarum figura H. literæ præcipuè similis est. Naturalis Caluariæ structura suturas, vti diximus, habet. In eâ verò, quæ fastigiato est vertice, suturæ ad hunc modum constitutæ sunt. Vbi posterior eminentia perit, sutura quoque lambdoides aboletur: vbi anterior non adsit, coronalis etiam sutura deperditur, E fitque vtraque remanentium suturarum figurâ T. literæ similis. Ambabus autem eminentiis deperditis, geminæ, quæ seruantur, suturæ, ad rectos se inuicem angulos intersecantes, X. literæ similitudinem referunt. Namque altera quidem transuersa per medium potissimùm caput extenditur: altera à parte posteriore per longitudinem, in priorem, vti in cæteris cal- F uariis omnibus, tendit. Namque hæc semper seruatur: reliquæ, cum totius capitis figurâ variantes, intercidunt. Duæ quoque ab hac æquidi-

A Περὶ τῶν τῆς κεφαλῆς ῥαφῶν τε καὶ ὀστῶν, κεφ. α΄.

Εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν, ὅτι τε κρανίον ὀνομάζεται τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν, ὅτι τε ῥαφαί τινες ὑπάρχουσι κατ' αὐτό. πόσαι δέ εἰσιν αὗται, καὶ τίνες, ὁποῖόν τε τὸ εἶδος ἑκάστης αὐτῶν, οὐδέπω μὲν εἴρηται πρόσθεν· εἰ- B ρήσεται δὲ ἐν τῷδε. καὶ πρῶτόν γε, ὅτι παρὰ τὸ σχῆμα τῆς κεφαλῆς, ἥ τε θέσις αὐτῶν ὑπαλλάττεται, καὶ τὸ πλῆθος. ἔστι γὰρ τὸ μὲν κατὰ φύσιν αὐτῆς σχῆμα, προμήκει μάλιστα σφαίρᾳ προσεοικός· ἕτερον δὲ, a τὸ καλούμενον φοξόν.] τὸ μὲν οὖν κατὰ φύσιν, εἴς τε τὸ πρόσω, καὶ εἰς τοὐπίσω προπετέστερον ὑπάρχον, τρεῖς C ἔχει τὰς πάσας ἐν αὐτῷ ῥαφάς. δύο μὲν γὰρ ἐγκαρσίας, ὧν ἡ μὲν ἑτέρα τέτακται κατ' ἰνίον· ἡ δὲ ἑτέρα κατὰ τὸ βρέγμα· τρίτην δ' ἄλλην ἐπ' αὐταῖς κατὰ τὸ μῆκος τῆς κεφαλῆς, ἀπὸ μέσης τῆς ὄπισθεν ἐπὶ μέσην τῆς ἔμπροσθεν ἐκτεταμένην. ὀνομάζουσι δὲ, τὴν μὲν ἐν τοῖς πρόσω, στεφανιαίαν· (ἐπειδὴ κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ μέρος τῆς κεφαλῆς οἱ στέφανοι περιτίθενται) τὴν D δὲ ὄπισθεν, λαμβδοειδῆ, διότι τὸ σύμπαν αὐτῆς σχῆμα τῷ Λ. γράμματι προσέοικεν. αὐτὸ δὲ τὸ τῶν ῥαφῶν σχῆμα τῷ Η. μάλιστα ὡμοίωται γράμματι. αἱ μὲν δὴ τοῦ κατὰ φύσιν σχηματισμοῦ κρανίου ῥαφαὶ, τὸν εἰρημένον ἔχουσι τρόπον b αἱ δὲ τοῦ φοξοῦ] κατὰ ταῦτα διαφθείρεται. τῆς μὲν ὄπισθεν ἀπολλυμένης ἐξο- E χῆς, καὶ ἡ λαμβδοειδὴς ῥαφὴ συναπόλλυται· τῆς δ' ἔμπροσθεν, ἡ στεφανιαία. καὶ γίνεται καθ' ἑκάτερον αὐτῶν, τὸ τῶν σωζομένων ῥαφῶν σχῆμα, τῷ Τ. γράμματι παραπλήσιον. ἀμφοτέρων δ' ἀπολλυμένων τῶν ἐξοχῶν; αἱ σωζόμεναι δύο ῥαφαὶ c πρὸς ὀρθὰς γωνίας] ἀλλήλας τέμνουσιν, εἰς ὁμοιότητα τῷ Χ. F γράμματι. τέτακται δὲ, ἡ μὲν ἐγκαρσία, κατὰ μέσην μάλιστα τὴν κεφαλήν· ἡ δ' ἑτέρα κατὰ τὸ μῆκος, ὄπισθεν πρόσω φερομένη, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κρανίων. ἀεὶ μὲν γὰρ αὕτη διαφυλάττεται· μεταπίπτουσι δὲ αἱ λοιπαὶ, τῷ τῆς ὅλης κεφαλῆς σχήματι συναλλοιούμεναι. καὶ μὲν δὴ καὶ δύο ἕτεραι τῇδε παράλληλοι,

ἀλλήλοις γραμμαὶ, κατὰ τὸ μῆκός εἰσι τῆς κεφαλῆς, ὄπισθεν πρόσω φερόμεναι, τῶν ὤτων ὑπεράνω. γίνονται δὲ καὶ αἵδε δυοῖν ὀστοῖν ἀλλήλοις ὁμιλούντων, οὐ κατὰ ῥαφὴν, ὥσπερ τὰ πρόσθεν εἰρημένα. κατὰ βραχὺ γὰρ ἀπολεπτυνόμενον εἰς λεπίδα τὸ καλιὸν ἀπὸ τοῦ βρέγματος ὀστοῦν, ὑποβέβληται τῷ κάτωθεν ἀπὸ τῶν ὤτων ἀνιόντι. καὶ διὰ τοῦτο τινὲς οὐδὲ ῥαφὰς ὠνόμασαν ἁπλῶς αὐτὰς, ἀλλ᾽ ἤτοι λεπιδοειδεῖς ῥαφὰς, ἢ λεπιδοειδῆ προσκολλήματα. καὶ ἡμῖν δὲ, σαφοῦς ἕνεκα διδασκαλίας, αἱ κατὰ τὰ ὦτα λεπιδοειδεῖς καλείσθωσαν ῥαφαί. ὡς εἶναι πέντε μὲν ἰδίας ῥαφὰς τῆς κεφαλῆς, τὴν λαμβδοειδῆ, τὴν στεφανιαίαν, τὴν κατὰ τὸ μῆκος εὐθεῖαν, τὰς παραλλήλους αὐτῇ δύο, [τὰς ἐν ταῖς λεπιδοειδέσιν.] ἄλλας δὲ κοινὰς δύο, πρός τε τὴν ἄνω γένυν, καὶ πρὸς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ὀστοῦν, ὃ τινὲς μὲν τῇ κεφαλῇ προσνέμουσι· τινὲς δὲ τῆς ἄνω γένυος εἶναι φασίν. ὁποῖον δέ τι τὴν ἰδέαν ἐστὶ τοῦτο, καὶ τὸ μέγεθος πηλίκον, ἐν τίνι τε μάλιστα τόπῳ κείμενον, ἤδη σοι δίειμι. τῆς πλευρῶν τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς τὰ κάτω πέρατα, προσεκτείνεται μέχρι τῆς βάσεως τῆς κεφαλῆς, μεταξύ τῶν τε λιθοειδῶν ὀστῶν καλιόντα, καὶ τῆς πρὸς τὸν πρῶτον σπόνδυλον διαρθρώσεως. ἐνταῦθα δὲ ἐπιζεύγνυσιν αὐτὰ γραμμή τις βραχεῖα, θέσιν ἐγκαρσίαν ἔχουσα. ταύτην μοι πρῶτον νόει κοινὴν, τῆς τε κεφαλῆς, καὶ τοῦ προκειμένου κατὰ τὴν διήγησιν ὀστοῦ. ἀναφερομένη γὰρ ἑκατέρωθεν ἐπὶ τὰς κατὰ τοὺς κροτάφους κοιλότητας, εἰς ταὐτὸν ἀφικνεῖται τοῖς καθήκουσιν ἐνταῦθα πέρασι τῆς στεφανιαίας ῥαφῆς. εἶτ᾽ ἐντεῦθεν αὖθις ἐπιστραφεῖσα πρὸς τὸ κάτω, καὶ παρενεχθεῖσα εἰς τοὺς ἐσχάτους ὀδόντας, ἀφικνεῖται πρὸς τὰ τῆς ὑπερῴας, ἐν ἔνδον ἑαυτῆς συναπτοῦσα τὸ περιοριζόμενον ὑπὸ τῆς προειρημένης ῥαφῆς ὀστοῦν, ὃ ὥσπερ τις σφὴν ἔγκειται μεταξὺ τῆς κεφαλῆς, καὶ τῆς ἄνω γένυος. ὅσον μὲν οὖν αὐτῆς ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς στεφανιαίας ἀναφέρεται, κοινὸν τοῦτο πρὸς τὴν κεφαλήν ἐστιν· ὅσον δ᾽ ἑκατέρωσε κατέρχεται πρὸς τὴν ὑπερῴαν, ὁ πρὸς τὴν ἄνω γένυν ὅρος ὑπάρχει τοῦ σφηνοειδοῦς ὀστοῦ· καλείσθω γὰρ οὕτω, σαφοῦς δι-

A stantes lineę per capitis longitudinem à posteriore in priorem partē super aures feruntur. Hæ autem fiunt inter se ossibus cohærentibus, non per suturam quidem, sicuti, quæ superius dicta sunt. Sed paulatim sincipitis os instar squamæ attenuatum, descendit, atque id in os, quod infrà ab auribus ascendit, subintrat. Propter eaque nonnulli eas
B non suturas simpliciter, sed à squamæ similitudine Lepidoeidæ̃s suturas, vel Lepidoeides conglutinationes appellârunt: à nobis autem, euidentioris doctrinæ studio, suturæ iuxtà aures eiusmodi Lepidoeidæ̃s nuncupentur. Ita vt quinque peculiares capitis suturæ sint: lambdoeides, coronalis, & quæ recta per longitudinem fertur: duæ item ab hâc æquidistantes, quæ in ossibus, ad
C squamæ similitudinem structis, habentur: duæ autem aliæ, communes superiori maxillæ sunt, eique etiam ossi, quod à nonnullis inter capitis, ab aliis inter maxillæ superioris ossa (cum inter vtrumque sit medium) numeratur. Id autem cuiusnam formæ, quantæque sit magnitudinis, quémve potissimum locum obtineat, iam tibi recensebimus.
D Extrema lambdoeidis suturæ ab vtroque latere inferiora, ad basim vsque capitis protenduntur, per mediumque lapidosorum ossium, & qua caput primæ vertebræ adnectitur, deorsum feruntur, ibique exiguâ quâdam lineâ transuersâ iunguntur. Hanc ipsam primùm cum capite, & eo osse, quod explicare proposui, communem puta. Sursum enim vtrinque ad caua temporum tendit, quo etiam coronalis suturæ ex-
E trema perueniunt. Inde etiam rursus deorsum versa, & ad postremos dentes delata, ad palatum vsque procedit, id quidem os intra se, ante dictâ videlicet suturâ, vndique terminatum comprehendens, quod veluti cuneus, inter capitis & maxillæ superioris ossa immittitur. Huius itaque suturæ quicquid sursum ad coronalis fines fertur, cum capitis osse commune est.
F Quod verò ex vtroque latere ad palatum tendit, superiorem maxillam ab osse sphenoeide (id est, ad cunei similitudinem structo) ita enim clarioris doctrinæ

ctrinæ gratiâ appelletur, discernit. Id os apophyses habet, quas ab alarum similitudine Pterygœdes vocant, ex vtrinque sunt concauæ. Altera autem capitis sutura, quæ ipsum à superiore maxillâ diuidit, ex cauis temporum principium sumit, quâ scilicet sutura illa communis capiti, & ossi sphenoœdi, cum suturæ coronalis finibus in idem, (vti diximus) conuenit. Inde ad oculorum sedes procedit, perque eos medios tendens, iuxtà medium superciliorum sibi ipsi iungitur. Quæ cum ita se habeant, sex sunt, (sphenoœde excepto, capitis totius ossa; Duo scilicet sincipitis, quibus ea sutura communis est, quæ rectâ per capitis longitudinem fertur: Duo item infrà, vnumquodque videlicet ad suam aurem: Post hæc, quintum os occipitis: Sextum, frontis. Sincipitis ossa in posteriore quidem, ad lambdoœdis suturæ latera: & in anteriore, suturâ coronali: in inferiore, suturis squamæ similibus: in superiore verò parte, eâ, quæ per longitudinem rectâ procedit, suturâ terminantur. Post hæc deinceps, quæ in vtrâque aure sita sunt, in superiore quidem parte suturis squamæ similibus: in posteriore laterum lambdoœdis additamentis; in anteriore suturâ, quæ capiti cum osse sphenoœde communis est, discernuntur. Sunt autem sincipitis ossa quadrilatera: quæ modò diximus, trium laterum sunt. Quintum os capitis, quod occiput est, lambdoœde suturâ cum suis additamentis, atque eâ etiam suturâ, quâ hæc ipsa (vti diximus) additamenta iunguntur, terminatur. Id ipsum os maximum omnium, quæ sunt in capite, foramen iuxta primam vertebram habet. Reliquũ os, quod est frontis, coronali suturâ, atq; eâ, quæ capiti cum maxillâ superiore communis est, distinguitur. Horum autem sex quæ diximus, sincipitis ossa rarissima & infirmissima: occipitium, densissimum, firmissimumque: medium inter hæc ipsa, os frontis habet. Reliqua vtrinque ad aures posita, multifariam se habent. Namque horum pars, quia petræ reuera speciem refert, Lithoœdes nominatur. Id os, protensis lambdoœdis suturæ finibus terminatur. In eo sty-

A δασκαλίας ἕνεκεν. κατὰ τοῦτο τὸ ὀστοῦν, αἱ πτερυγώδεις εἰσὶν f ἀποφύσεις,] ἅμα ταῖς ἑκατέρωθεν αὐτῶν κοιλότησιν. ἡ δ' ἑτέρα ῥαφὴ τῆς κεφαλῆς, ἡ πρὸς τὴν ἄνω γένυν, αὐτὴν ὁρίζουσα, τὴν ἀρχὴν μὲν ἐκ τῶν κατὰ τοὺς κροτάφους ἔχει κοιλοτήτων, ἵνα περ εἰς ταὐτὸν ἥκειν ἐλέχθη τοῖς τῆς στεφαναίας πέρασιν ἡ κοινὴ κεφαλῆς, καὶ τοῦ σφηνοειδοῦς ὀστοῦ ῥαφή· B προέρχεται δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς χώρας τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ διὰ μέσων αὐτῶν ἐνεχθεῖσα, κατὰ τὸ μεσόφρυον ἑαυτῇ συνάπτει. καὶ δὴ καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ὀστᾶ γίνεται τῆς ὅλης κεφαλῆς τὰ πάντα (χωρὶς τοῦ σφηνοειδοῦς) δύο μὲν κατὰ τὸ βρέγμα, κοινὴν ἔχοντα ῥαφὴν, τὴν κατὰ τὸ μῆκος εὐθεῖαν· ἄλλα δὲ δύο τούτων κάτω- C θεν, ἓν καθ' ἑκάτερον οὖς· καὶ πέμπτον ἐπὶ τούτοις τὸ κατ' ἰνίον· καὶ ἕκτον, τὸ κατὰ μέτωπον. ὁρίζουσι δὲ, τὰ μὲν τοῦ βρέγματος, ὄπισθεν μὲν αἱ πλευραὶ τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς· ἔμπροσθεν δὲ ἡ στεφαναία· κάτωθεν δὲ αἱ λεπιδοειδεῖς· ἄνωθεν δὲ ἡ κατὰ τὸ μῆκος εὐθεῖα. τὰ δ' ἐφεξῆς τῶνδε καθ' ἑκάτερον οὖς, ἄνωθεν μὲν αἱ λεπιδοειδεῖς ἀφορίζουσιν· ὄπισθεν δὲ αἱ προσ- D αυξήσεις τῶν πλευρῶν τῆς λαμβδοειδοῦς· ἔμπροσθεν δὲ ἡ κοινὴ τῆς τε κεφαλῆς καὶ τοῦ σφηνοειδοῦς. ἔστι δὲ τὰ μὲν τοῦ βρέγματος ὀστᾶ τετράπλευρα· ταυτὶ δὲ τὰ νῦν εἰρημένα τρίπλευρα. τὸ δὲ πέμπτον ὀστοῦν τῆς κεφαλῆς, τὸ κατ' ἰνίον, ὁρίζεται μὲν ὑπὸ τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς, ἅμα ταῖς προσαυξήσεσι, καὶ τῆς ῥηθείσης ἐπιζευγνυούσης ταύτας ῥαφῆς· περιέχει δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸ μέγιστον τῶν τῆς κεφαλῆς τρη- E μάτων, τὸ κατὰ τὸν πρῶτον σπόνδυλον. λοιπὸν δὲ τὸ κατὰ τὸ μέτωπον ὀστοῦν, ἥ τε στεφαναία περιορίζει ῥαφὴ, καὶ ἡ κοινὴ τῆς κεφαλῆς πρὸς τὴν ἄνω γένυν. καὶ δὴ καὶ τῶν εἰρημένων ἓξ ὀστῶν, τὰ μὲν τοῦ βρέγματος χαυνότατά τε καὶ ἀσθενέστατα τετύχηκεν ὄντα· πυκνότατον δὲ καὶ ἰσχυρότατον τὸ κατ' ἰνίον· μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸ κατὰ μέτωπον. ἑκάτερον δὲ τῶν λοιπῶν τῶν κατὰ F τὰ ὦτα, πολυειδὲς ὑπάρχει. τὸ μὲν γάρ τι μέρος αὐτῶν ὀνομάζεται λιθοειδὲς, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν· ὁρίζεται δὲ τοῦτο τοῖς ἐπεκτεινομένοις πέρασι τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς. ἐν τούτῳ καὶ ἡ στυ-

λοειδὴς

λοειδὴς ἀπόφυσίς ἐστιν, ἣν ἐγὼ βελονοειδῆ τε A καὶ g γραφοειδῆ] καλῶ, h καὶ ἡ τὸν ἀκουστικὸν περιέχουσα πόρον. ἕτερον δὲ μέρος ἐφεξῆς τοῦδε, ὃ κατὰ τὰς ἐκφύσεις ἐστί, τήν τε μαστοειδῆ καλουμένην, καὶ προσέτι τὴν τοῦ ζυγώματος. καὶ τρίτον ἐπὶ τῷδε, ὃ κατὰ τὸν κρόταφον. περὶ δὲ τῶν τρημάτων τῆς κεφαλῆς, ἐν ταῖς B τῶν ἀγγείων καὶ νεύρων ἀνατομαῖς εἰρήσεται. καὶ γὰρ γέγονεν ἐκείνων ἕνεκα, καὶ διέρχεται καθ' ἕκαστον αὐτῶν, ἢ ἀρτηρία τις, ἢ φλέψ, ἢ νεῦρον, ἢ τινὰ τούτων, ἢ πάντα.

loeides (quia columnæ est similis) processus inest, quem nos abacus, stylive scriptorii similitudine belonoeide, seu graphoeide appellamus. In eodemque auditûs meatus continetur. Altera deinceps pars, iuxta eas ecphyses (quasi exortus dixeris) habetur, quorum alter Mammillaris dicitur, alter ossis iugalis est. Præter hanc tertia quoque pars à temporibus occupatur. De capitis autem foraminibus in vasorum, neruorumque dissectionibus, quorum causâ effecta sunt, sermo habendus est. Ex singulis enim seu arteria, seu vena, seu neruus, seu ex his quædam, siue cuncta prodeunt.

a. Rectè Fallopp. docet, Com. in h. l. τὸ φοξὸν apud Gal. significare omnem deprauati capitis figuram: at idem non rectè infert, malè verti *Acuminatum*. Vide Com. in 9. Vs. part. 17. Verto igitur cum Syluio, *Altera verò est figura acuminata.* Nobiscum stat Ingrass. quem vide. *b.* Verte, *Acuminati verò seu fastigiati.* *c.* De χιασμοῦ suturarum vide Com. nostra l. c. *d.* Seruant hæc Intt. addentes, ὀστοῖς. At verò ossa ipsa vocantur λιθοειδῆ. Ego tàm ex antecedentibus, quàm ex subsequentibus coniecturam facio, leg. esse, τοῖς λεπιδοειδέσι. e. Locus sine controuersiâ vitiosus. Mihi rectè coniectare videntur Intt. qui pro συνάπτουσι legunt συλλαμβάνουσι. Ita enim tollitur omnis difficultas. Costæus aliud cogitat, ἑαυτῇ legens, & interpungens post συνάπτουσι, vt vertere posset, *Intusq; sibi coniungitur. Hoc os, quod à prædicta sutura circumterminatur, veluti cuneus quidam.* Tu videris, quem sequi malis. *f.* Heic quoque Int. addit nugas suas vt cum Ingrassia loquar. *g.* scribe γραφειοειδῆ (non autem γραφοειδῆ) vbicunque vox hæc occurrerit. *h.* Hæc oratio vitio non caret, vtut bellè concinnent Intt.

Περὶ τοῦ ζυγώματος.
κεφ. β'.

TO δὲ κροταφίτου μυὸς ὀστοῦν προβέβληται, a λοξὴν] κατὰ μέσον ἑαυτοῦ περιέχον ῥαφήν, ὡς εἶναι συνεχῆ, τὴν μὲν ὄπισθεν ἅπασαν μοῖραν ἑαυτοῦ, τῷ κατὰ τὸ οὖς ὀστῷ τῆς κεφαλῆς· τὴν δὲ ἔμπροσθεν, τῷ κατὰ τὸν μικρὸν κανθὸν πέρατι τῆς ὀφρύος. ὀνομάζεται δὲ ὅλον τὸ ὀστοῦν τοῦτο, b ζύγωμα.] C

De osse iugali.
Cap. II.

TEmporis musculo præpositum est os, quod obliquam in medio suturam habet, ita vt eius posterior pars omnis cum capitis osse, quod iuxta aurē habetur: anterior cum parte extremâ supercilii, quod ad paruum oculi angulum est, continuetur. Id os totum, Zygωma (à nostris Iugale) appellatur.

a. *Transuersam*, habuit Int. noster: at reliqui duo *Obliquam*. Hos iure sequuntur Reuisores, vt peculiariter notat D. Casp. Bauhinus, Doctor item meus honorandus, 3. Theatri 72. *b.* Nominis rationem dabit tibi Gal. 2. Art. 4. Syluius addit, vocari etiam συζυγώδες, quasi *coniugiale*, seu *ex duobus coniugatum*. A quo, aut quibus, mi Syluî? Non enim sufficit Vesalius.

Περὶ τῶν τῆς ἄνω γένυος ὀστῶν.
κεφ. γ'.

ΠΕρὶ μὲν οὖν τῶν ἀφοριζουσῶν ῥαφῶν τὴν ἄνω γένυν,] ἀπό τε τῆς κεφαλῆς D

De ossibus maxillæ superioris.
Cap. III.

DE suturis, quæ superiorem maxillam à capite

& sphenoeide osse discernunt, anteà diximus: nunc autem, quæ in eâ ipsâ maxillâ continentur, recensendæ sunt. Sed satius fortasse est explicare priùs Suturæ vocabulum, quo pacto à recentioribus omnibus Anatomicis vsurparum sit. Illi enim, quæ per harmoniam committuntur, Suturas quoque appellare consueuerunt. Iureque id accidit. Non enim caluarias similiter omnes deprendes, in quibus suturæ omnes serratis exactè compagibus structæ sint: sed aliquando in ipsâ ossium structurâ cernere est, alteri quidem caluariæ suturas inesse, alteri harmonias. A nobis autem cum ossa persæpè nonnulla eiusmodi frangerentur, in imo ita se muruò ingredientia inuenimus, vt illorum compositio suturæ potiùs similis esset, quàm harmoniæ. Ob idque eas omnes suturas appellari nemini verendum est. Prima autem sub osse iugali exoritur, cuius pars posteriùs tendens, sub eiusdem ossis concauo desinit, ibique cum communi sphenoeidis ossis suturâ committitur. Altera, partim rectè, partim oblique sursùm ad oculorum sedes procedens, in medium illorum ambitum inferiorem fertur, moxibi tripartitò scinditur. Altera enim pars magnum propè angulum exteriore in parte ad medium superciliorum procedit. Quæ deinceps huic succedit, per concauum sub eodem angulo ad communem capitis suturam pertinet: eademque angulum ipsum comprehendit. Et illi quoque narurale foramen subiectum, quod omnium, quę sunt in eo loco, foraminum maximum est. Sub dictis duabus suturis tertia pars antedictæ scissuræ, inferiorem in sede oculi ambitum inscendens, inferiùs ad imum tendit, ibique communi capitis suturæ iungitur. Quò fit, vt terna maxillæ superioris ossa ab vtrâque parte censeantur, quibus capiti ipsi committitur. Horum maximum habetur, quod iuxta

A καὶ τοῦ σφηνοειδοῦς ὀστοῦ, προείρηται· περὶ δὲ τῶν κατ᾽ αὐτὴν τὴν γένυν ἐν τῷδε λεχθήσεται. πρότερον ἴσως ἄμεινον ἐστὶ διηγήσασθαι τὸ τῆς ῥαφῆς ὄνομα, πῶς ἅπασι λέλεκται τοῖς νεωτέροις ἀνατομικοῖς. εἰώθασι γὰρ καὶ τὰς καθ᾽ ἁρμονίαν συνθέσεις ὀνομάζειν ῥαφάς. καὶ τοῦτ᾽ εἰκότως πεπόνθασιν. οὐ γάρ ἐστιν εὑρεῖν ἐπὶ πάντων ὁμοίως τῶν κρανίων τὴν πριονοειδῆ
B σύνθεσιν, ἠκριβωμένην ἐν ἁπάσαις ταῖς ῥαφαῖς, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐνίοτε συντάξεως τῶν ὀστῶν, ἐν ἑτέρῳ μὲν κρανίῳ ῥαφὴν ἐστὶν ἰδεῖν· ἐν ἑτέρῳ δ᾽ ἁρμονίαν. ἡμεῖς μέν τοι πολλάκις ἐκκόψαντες ἔνια τῶν τοιούτων ὀστῶν ἀντεμβαίνοντα κατὰ τὸ βάθος ἀλλήλοις εὕρομεν, ὡς εἶναι ῥαφῇ μᾶλλον, οὐχ ἁρμονίᾳ τὴν σύνθεσιν αὐτῶν ὁμοίαν. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο ῥαφὰς ὀνο-
